

Nuptijs auspiciatissimis

CLARISSIMI ET DOCTISSIMI

Dñ. NICOLAI BARNEKEN REIPVB: RIGEN-

sis à secretis: & lectissimæac pudicissimæ virginis

MARGRAETÆ HOLLERS honestissimi ciuis

LVDDERTI HOLLERS filix &c.

sponsis Ornatissimis.

Divones furia vexant feralis Enijus
Bellaq; discordis precipitata mali.
Tu tamen expellis tristes e pectore curas,
BARNEKEN, & latum fronte minaris opus
Egregiamq; domum lecta de stirpe puellam
Ducis ad optati mutua pacta tori.
Disam quod res est: penetrabile mentis acumen,
Quo pollere soles, hic quoq; cerno tua.
Forfitan ista tuum subijt sententia pectus,
At huc inclinas mentis agone tua.
Tutius est mansisse d mi, coluisse Minervam,
Bellatoris alij, tu gere bella domi,
Dulce rudi bellum est, expertus respuit illud,
Hei mihi quam multo bella labore nocent;
Pax facit, uterescat Cerealis gratia fetus,
Gnosstiq; annosi grata salua meri.
Mantia Cerbereum spirant certamina viru,
Terram funestant candidulumq; polum.
In nocuasq; terunt gentes, & regna fatigant,
Sanguinea quæis fauce ardet anihela siti.
Sapius immeritus fortuna tenaciter urget,
Innocuisq; Solet gentibus esse gravis:
Ergo militiam Martis quia reijcis acrem,
Milia secreti natus ad arma fori,
Matris Acidalia sectaris & Otia, miles
Sis tamen, extollat quem generosus agon,
Expugnesq; tuam non Marte sed arte maritam,
Ut vires genij sentiat illa tui.
Accersitus amor nihil est, qui nascitur ultro,
Arte sua demum est, (auguro) verus amor.
Præmia victori reddet sed quæalia queris!
Ut sit utrinq; fides par in amore pari.
Se alter & alterius submittat nutibus æquis,
Sensibus & mentes convenienter cant.
Cumq; sensilis hiems, & abenea venerit atas,
Sæcla tibi pariet dulciâ flore nouo.
Addet item rigidis emplastra rosacea curis,
Sentiat unde tuum suave malagma iecur.
Immo etiam vultu te compellabit amico,
Si tua sum, meus es: si meus es, tua sum.

M. Hermannus Samsonius
Pastor & Inspector.
Scholr.

Comica quæ doctos exornas daphnide lauro,
Plectra mouens, castas, funde Thalia preces
Margaris Holleria & Nicolai Barneke sponsa,
Ducitur ad sponsum sponsa pudica suau-
Ergo resume lyram dic & gratantia uerba,
Digni sunt etenim laudibus ambo suis.
Magna est ingenuis laus esse parentib; ortum,
Artibus at iunctis gloria maior erit,
His qui virtutem, linguas & fœdere iunxit,
Ille decus laudis nobilioris habet.
Hæc quia concurrunt in nostro singula sponso,
Hinc dignus laude est illius atq; thorus,
Cui; & hinc mirata decus uirtutis & artis
Pro merito hunc petijt patria R I G A sibi,
Ut fidei illius secreta negocia credens,
Multa illi in rebus perficienda daret,
Dignus laude igitur, sponsa & dignissimus illa
Quam pia iusserunt jungere fara sibi.
Quæ cognomen habet gemmæ, ceu signa politæ
Mundiciæ; omnibus nomina soepe quadrant.
Quare age Musa faue uotisq; ad festa secundis
Accelera, & rædis prospera vota feras.
Te duce speratum queat ut contingere finem,
Clementem & thalamis sentiat esse suis.
Tu vero sponsa & tali lætare marito
Cuius es opta tos nunc aditura lares.
Absint à vobis luctus, mala, iurgia, lites,
Adsit at alma quies, exulet omne nefas.
Vitæ ut in offensæ possitis tangere metam,
Viueret & in Piliij tempora sera sentis.
Annuat his D O M I N U S qui primus foedera læ
Coniunxit C H R I S T U S pronubus atq; pius,
Spiritus & Sanctus, casti Deus autor amoris
Subsistens trino nomine numen idem
De quo dicta tibi, Musæ sub imagine sponse,
Tergemino, ista scias accipienda, DEO
Hic pius ad thalamos fuerit si rite vocatus,
Audiet attenda, supplicis, aure preces.
Cui sit laus & honos æterni & gloria Regni
Qui mihi & assidui carminis autor erit.

Philippus Mittendorfius
officij ergo.